Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26469
Copyright: Admont, Benediktinerstift



232

lamentabat. omnis clerus lugebat et eum prosequendo gementes
dicebant. Cur nos commisisti ingratissime. Cur nos deseris sa
cerdos sanctissime. Quam ob rem relinquis gregem devotum. Et qua
re dimittis supplicem clerum. Quis nos abinsidiis tuebitur hos
tis. Quis orabit dominum pro nobis. Quis pestilentias depellet.
In quadem nos lupi rapaces dilacerabunt nos ferocissimi
hostes. Nemo erit qui abnuat. nemo erit qui renuat
In stabilitas fortium reparatio debilium. defensor in adver
sis. decus in prosperis. Pauperum consolator. orphanorum ad
utor. viduarum receptor. Te cuncti secum. tecum omnes
moriemur. Superbi te despiciunt et filii belial persequunt.
Hostes oves te diligimus et veneramur. Ad clamor simul
lacrime gementium. Tunc pater cuncta lacrimis ita fatur
obortis. Prorsus pauca loquor. Non pastor deerit vobis
non cura salutis. Unum est quod mando repetens. iterumque mo
nebo. O filii karissimi. et oves pastoris summi. servate domi
num timore et exultate ei cum tremore. Declinate a malo
et facite bonum. Adest vobis fortissimus adiutor. qui est
verus promissor. neque sinet pro quos redemit sua pas
sione. Ibi ipse dominus. qui est in secula benedictus. Post hec
sacras manus ad tollens. et oculos ad celum dirigens.
benedixit clero et populo. consignans eos xpi signa
culo. Quibus enim dulcem omnibus et osculatus ipse dominum
paucis comitibus quidam monasterium petit quod Itabu
laus olim vocabulum accepit. Ibi presertim vir memo
rabilis sequestratus a custodia dominici gregis cum se
natoribus celi. vi sua curam trem cuersatus est paradisi